

**Oribase / Justus, Heinrich Ernst /
Gruner, Christian Gottfried. - Ordinis
Medici In Vniversitate Literaria Ienensi
H. T. Decanus D. Christ. Gottfrid.
Grvner ... Dissertationem Inavgvralem
Viri Clarissimi Henrici Ernesti Ivsti
Stollbergensis A.D. XX.Ivlii
CICICCLXXXII Habendam Indicit
Oribasii Medicinalivm collectorvm
Liber ... Et Fragmentvm Alivd E
Codice Mosqvensi Nvnc Primvm
Graece et Latine**

1782.

Ienae : Litteris Maukii

Cote : 90959x70x21

Medicina

ORDINIS MEDICI

IN

VNIVERSITATE LITERARIA IENENSI

H. T.

DECANVS

D. CHRIST. GOTTFRID. GRVNER

BOT. ET THEORET. MED. PROF. PVBL. ORD.

DISSERTATIONEM INAVGVRALEM

VIRI CLARISSIMI

HENRICI ERNESTI IVSTI

STOLLBERGENSIS

A. D. XX. IVLII CLIO IO CCLXXXII

HABENDAM INDICIT

PRAEMITTITVR


ORIBASII MEDICINALIVM COLLECTO-


RVM LIBER I. E CODICE MOSQVENSIS

NVNC PRIMVM GRAECE AC LATINE

JENAE

LITTERIS MAVKII.







Est inter medicos seculi quarti medicus haud spernendae doctrinae atque diligentiae, ORIBASIVS, Pergamenus, ZENONIS Cyprii discipulus *a)*, IULIANVM Imp. ad dignitatem caesaream euehere ausus, hinc eius medicus et quaestor Constantinopolitanus, post a successore bonis exutus et in exilium ad barbaros *b)* actus, iis ob mendendi artem carus, tandem in patriam redux, opibus, annis et meritis grauis consenuit. Qui etsi in primis GALENVM more seculi sequitur, tamen et multa propria litteris consignauit, bono et esperto medico digna, et haud paucas veterum reliquias conseruauit. Mirum ergo videri cuique potest, praeter leuia quaedam fragmenta, quae RICCIVS *c)*, COCCHIVS *d)* et GVIL. DVNDASS *e)* in vulgus graece ediderant, solam circumferri IO. BAPT. RASARII versionem latinam, mancam profecto illam et haud raro laceram, graecum textum adhuc desiderari. Quare cum CL. MATTHAEI *f)*

a 2

lit.

a) *Eunap.* Vit. Philos. p. 178. sqq.

b) *Ib.* p. 181.

c) Vid. *Haller.* *Bibl. Pract.* p. 284, T. I. et *Bibl. Chir.* p. 95. T. I.

d) in *Collect. Nicetae.*

e) *Orib.* Anatomica ex libr. Gal. c. Verf. lat. Ras. L. B. 1735. 4.

f) Vid. III, *Baldinger.* *Magaz. Vor Aerzte* p. 183. f.

litteris certior fierem, latere in bibliothecis Mosquensibus triplicem codicem seculi XIII. quorum vnus *synops. nouem libros ad Eustathium filium*, alter *Euporist. ad Eunapium*, vltimus priores I. XV. *Medicinal. Collector.* etiãsi ex parte truncos et mutilos, non destitit precibus exorare virum graecis litteris proferendis natum, vt huic operae, cui vix parem studio, assiduitate ac diligentia ferrea inuenias, sese daret. Annuit, misit quasdam particulas, omissis tamen Galenicis, quas superfluas putabat, tandem intermisit prorsus laborem, quia nisi RASARII versionem latinam ad manus haberet, se oleum et operam perditurum ob scripturae compendia multa et explicatu difficilia existimabat. Transmittendam ergo editionem istam, eaque ratione utilitati publicae consultum iri centui, sed quid e re sua esse crediderit Cl. MATTHAEI, nondum liquet. Quare ne lectores veterum amantes spe vana captasse et frustratus esse videar, si quid mihi acciderit, nolui amplius veluti in carcere inclusa detinere, quae habeo, praetermissa tamen notularum mole sumtuum caussa. Ex his inter se collatis satis superque colligitur, non adeo vanam et fallacem esse Cl. MATTHAEI *g)* coniecturam, hosce codices e bibliotheca RASARII a MAXIMO episcopo Venetiis emtos, ideoque eosdem esse, id est, vnum codicem NIC. SAMMICHELII, peruerustum et olim e Graecia deportatum, alterum MATTHAEI DANDVLI, a quo, teste locuplere RASARIO *h)*, cetera omnia, tanquam a fonte manarunt. Et quamuis codex ille sit omnium, quos ego in hac maxima orbe viderim vetustissimus, (sic aperte profitetur) tamen tute scis, quot in eo quoque loca sint, in quibus interpretandis vel diuinandum, vel (quod maxime periculosum est) coniectura utendum sit. Accipe ergo, L. B. exiguum ac leuidentse illud munusculum vna cum ceteris reliquiis, quae ORIBASII esse existimantur. Quam vere, viderint alii.

g) Notitia Codd. Mst. Graec. Bibl. Mosquens. Mosc. 1776. p. I. n. 3.

h) In Praef. Coll. Medic. cf. Praef. Synops.

’Ogisa-

Ὀριβασίου ἰατρικῶν συνα-
γωγῶν βιβλίον α΄.

ORIBASII MEDICI-
NALIVM
COLLECTORVM
LIBER PRIMVS.

Τὰς προσταχθεῖσας ἐπιτομὰς
παρὰ τῆς σῆς Θεοδότητος, αὐ-
τοκράτορος Ἰουλιανῆ, πρότερον, ἤνικα
διετριβόμεν ἐν γαλατία τῇ πρὸς ἑσ-
πέραν, εἰς τέλος ἤγαγον, καθὼς
ἠβουλήθησ, ἀσυνας ἐκ μοίων τῶν
ὑπὸ Γαλῆνου γραφέντων ἐπισησά-
μην· ἐπεὶ δὲ ἐπαινέσας ταύτας δευ-
τέρην ἐπέταξας πρᾶξιν πάντων τῶν
ἀρίστων ἰατρῶν ἀναζητήσαντά με
τὰ καριώτατα συναγαγεῖν, καὶ
πάνθ' ὅσα χρησιμέουσι πρὸς αὐτό
τὸ τέλος τῆς ἰατρικῆς, καὶ τοῦ-
το πράττειν, ὡς οἶός τε εἰμι, προ-
θύμως διέγνωκα, χρησίμωτάτην
ὑπολαμβάνων α) ἔσεσθαι τὴν τοι-
αύτην συναγωγὴν τῶν ἐντυγχανόν-
των ἐτοίμως ἐξευρισκέντων τὸ ἐκά-
στοτε τοῖς δεομένοις ὠφέλιμον· περι-
τὸν δὲ νομίσας εἶναι καὶ παντελῶς
εὐηδὲς τὸ ἐγγράφειν τὰ αὐτὰ πολ-
λάκις καὶ τῶν ἀρίστα συγγραψάν-
των, καὶ τῶν μὴ ὁμοίως τὸ ἀκριβὲς
ἐξεργασαμένων, μόνον τὰ τῶν ἀμει-
νον εἰπόντων συναίξω, πάλαι Γαλη-
νῷ μόνῳ ἐηθέντα· μηδὲν παραλι-
πὼν τάξας, καθότι τῶν συγγρα-
ψάν-

EPITOMAS, quas TV olim,
DIVE IVLIANE CAESAR,
mihi conficiendas mandaueras, iam-
pridem, cum in Gallia citeriore
effemus, ad finem, quemadmo-
dum TV voluisti, perduximus,
quas quidem ex iis solis confe-
ceram, quae GALENVS conscripfit-
set, cumque TV eas laudauisses,
alterum mihi laborem adunxisti,
vt, perquisitis omnibus, quae
medici praestantissimi maxime op-
portuna dixissent, et quaecumque
ad medicinae finem pertinerent,
vnum in volumen redigerem: id
quod ego pro virili parte me prom-
to animo facturum decreui, cum
existimem, haec collecta fore uti-
lia iis, in quorum manus incident,
vt statim, quid semper iis, qui
auxilio indigeant, utile sit, com-
periant. Nunc vero cum super-
uacaneum et omnino ineptum pu-
tem eadem saepius adscribere, et
quae ab optimis medicis, et quae
ab iis, qui non ita diligenter res
tractauerunt, scripta fuerint, ea
solum

α) In cod. ὑπολαμβάνεται.

ψάτων b) ἀπάντων εἰς τὰς αὐτὰς
 ὑποθέσεις αὐτὸς κρατεῖ, μεθόδοις
 καὶ διορισμοῖς τοῖς ἀκριβεστάτοις
 χρώμενος, ταῖς Ἱπποκρατέοις ἀρ-
 χαῖς καὶ δόξαις ἐξακολουθῶν χρη-
 σομαι δὲ κἀναυθὰ τοιαύτη τι τὰ-
 ξει καὶ πρῶτον μὲν οὖν συνάξω τὰ
 τοῦ ὑλικοῦ μέρους, εἰδ' ὅσα περὶ
 φύσεως κατασκευῆς ἐρητοῦ ἀν-
 θρώπου, μεθ' ἃ τὰ τῆς ὑγιεινῆς
 καὶ ἀναληπτικῆς πραγματείας, καὶ
 μετὰ ταῦτα, ὅσα τῆς διαγνωστικῆς
 καὶ προγνωστικῆς ἔχεται θεωρίας.
 ἐφ' οἷς τὰ περὶ τῆς τῶν νοσημάτων
 καὶ συμπτωμάτων καὶ ὅλης τῆς
 τῶν παρὰ φύσιν ἐπανορθώσεως.
 ἀρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν περὶ τῶν ἐν ταῖς
 τροφαῖς δυνάμεων. —

solum colligam, quae nobis reli-
 querunt ii, qui ceteris praefite-
 runt, sed nihil omittam eorum,
 quae GALENVS dixerit, siqui-
 dem ex iis, qui easdem res
 pertractarunt, ipse et via acratione,
 et distinctione ceteris omnibus
 antecellit, ac principia et sententias
 HIPPOCRATIS imitatur. Hoc
 vero ordine, hoc loco utar. In
 primis colligam ea, quae de parte
 materiae sunt, deinde de natura
 atque fabrica hominis, tum de
 tuenda sanitate et reficiendis cor-
 poribus agetur: quibus confectis,
 addam, quae ad dignotionem et
 praenotionem pertinent; ad haec
 quae de morbis deque symptoma-
 tis sunt, accedent, et denique ea,
 quae valent ad corrigendum ea,
 quae praeter naturam sunt, adhi-
 bebuntur. A facultatibus autem
 alimentorum initium dicendi su-
 mam.

Ἐκ τῶν Ἀθηναίου *) περὶ
 πυρῶν ἐκ τοῦ α' λόγου
 κεφ. β'.

DE TRITICO EX ATHE-
 NAEI COMMENTARIIS
 EX LIBRO PRIMO
 CAP. II.

Τῶν σίτων κράτιστοι πρὸς εὐ-
 τροφίαν εἰσὶν οἱ πυροὶ· διαφέρουσι
 δὲ

Ex cibus valentissimum ad nu-
 triendum est triticum· cuius mag-
 na

b) Verba minus apte collocata turbant sensum; nihil tamen hic corruptum
 subesse videtur.

*) Clarus sectae Pneumaticae auctor, Attalensis vel Tarsensis, Aesclepiade Bi-
 thynae iunior, contra quem scripsit, medicus insignis sub finem seculi pri-
 mi

δὲ ἀλλήλων τῶν c) μᾶλλον καὶ ἴσ-
σον θερμαίνειν τε καὶ ὑγραίνειν παρὰ
τὰ γένη καὶ παρὰ τοὺς τόπους, ἐν
οἷς φύονται, καὶ παρὰ τὰς κατα-
στάσεις τῶν ὡρῶν, καὶ τῶν αἰθρῶν,
καὶ παρὰ τῶν χρόνων d). παρὰ μὲν
οὖν τὰ γένη διαφέρουσιν οἱ πυροὶ, ὅτι
οἱ μὲν αὐτῶν σιτάριοι καὶ ἀλευρίται,
οἱ δὲ σεμιδαλίται εἰσὶν· οἱ μὲν οὖν
σιτάριοι κοῦφοί τε εἰσιν καὶ χαῦνοι
τῇ συστάσει, καὶ λευκοὶ κατειργασ-
μένοι γὰρ εἰσιν τῆς γαιώδους οὐσίας
ἐν αὐτοῖς ἐπὶ πλεον κεχυμένης καὶ
διαλελυμένης ὑπὸ τῆς οἰκείας συμ-
πέφωτος· διόπερ ἐτοίμη καὶ εὐπέπ-
τον, καὶ καθόλου εὐμετάβολον τὴν
τροφὴν προσφέρονται e), ἔτι δὲ εὐ-
διάπνευστον καὶ εὐεγκποίητον, ἔλασ-
σωνα δὲ καὶ οὐκ ἴσην τοῖς σεμιδα-
λίταις, καὶ πρὸς ὑγίαν μᾶλλον ἢ ῥώ-
μην ἀρμόζουσαι· οἱ δὲ σεμιδαλίται
βαρύτεροι τε εἰσὶν, καὶ πυκνοὶ, καὶ
ξανθοὶ, καὶ διαφανεῖς, καὶ δύσπε-
πτοι μὲν εἰσιν, ἀνάδωσιν δὲ ἔχουσι
δαψιλῆ καὶ δυσδιάπνευστον, καὶ κα-
θόλου πρὸς ῥώμην μᾶλλον ἢ πρὸς ὑ-
γίαν εἰσὶν ἐπιτήδαιοι.

Παρὰ δὲ τοὺς τόπους διαφέρου-
σιν οἱ ἐν ξηραῖς καὶ ἀλιπέσι χώ-
ραις γινόμενοι τῶν f) εὐγείαις καὶ

πιε-

na differentia, vt magis minusque
calefaciat et humectet, a genere,
a locis, in quibus nascitur, a tem-
porum constitutione, ab aere et
a temporibus ducitur. Ac gene-
ris quidem ratione differt *tritium*,
quia alterum *sitanium* et farina-
ceum, alterum vero *similaceum* est,
sitanium vero leue est et laxum
consistentia, atque album: hoc
enim est elaboratum, terrea sub-
stantia multum in ea affusa, et a
propria concoctione dissoluta. Quo-
circa et promptum, et quod bene
concoquatur, et ad summum, quod
facile immutetur, alimentum prae-
bet: quin etiam, quod facile per-
spiretur et conficiatur: minus tam-
en fit, neque par ei, quod simi-
laceum afferat, et quod magis ad
bonam valetudinem, quam ad ro-
bur accommodatum fit. Simila-
ceum vero est grauius, et densum,
et flauum, et pellucidum, estque
difficile ad concoquendum, di-
stributionem tamen copiosam et
quae non facile perspiretur, ha-
bet, et omnino potius ad robur,
quam ad sanitatem est accommo-
datum. Ex locis autem differt tri-

tri-

mi, quem ipse Galenus, parvus alieni meriti laudator, summis extulit lau-
dibus. Multa eius fragmenta ap, Gal. serioresque medicos reperiuntur,

c) Cod. το.

d) Leg. τοὺς χρόνους aut delend. παρα.

e) Pro, προσφέρουσι, vt infra.

f) Forte omisit feriba ἢ ob sequens ἰ, cum paullo infra additum sit,

πιερῶς g) Φυόμενοι οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ
 ἐλάσσονος ὕλης καὶ κουφοτέρας, καὶ
 λεπτοτέρας συνεσῶτες h) εὐκατέργ-
 γαστοι μὲν εἰσι καὶ εὐμεταβολοί,
 ἐλάσσονα δὲ τροφήν προσφέρονται,
 ἐν τρόπῳ οἱ ἐν τοῖς κάυσοις λεγο-
 μένοις ἐπισπειρόμενοι: τῆς γὰρ ἐν
 τοῖς τόποις ὕλης ἐμπριθεΐσης διὰ
 τὸ ἀλύπεσ καὶ ἀτρέφον τῆς τέφρας,
 λευκοὶ τε γίνονται, καὶ χαῦνοι, καὶ
 σιτάριοι, οἱ δὲ ἐν εὐγείοις καὶ λιπα-
 ροῖς τόποις Φυόμενοι ἀπὸ δαψιλοῦς
 καὶ στερεᾶς ὕλης τρεφόμενοι πυκνοὶ
 τε εἰσι, καὶ βαρεῖς i), καὶ πολύ-
 τροφοι καὶ οἱ ἀναπεπταμένοι k) δὲ
 τῶν τόπων καὶ εὐπνοοὶ, καὶ εὐήλιοι
 βελτίους πυρῶς φέρουσι καὶ l)
 πολυτροφικωτέρους διαφέρουσι δὲ
 τοῖς τόποις καὶ οἱ ἐν ψυχροῖς ἀγάν
 καὶ χιονοβολουμένοις Φυόμενοι τῶν
 ἐν θερμοῖς χώραις σπειρομένων.
 οἱ μὲν γὰρ ἐν ψυχροῖς τόποις Φυό-
 μενοι κατεργασμένοι μᾶλλον εἰσι
 καὶ λεπτομερεῖς, ὅσοι πῦρ εἰσι οἱ
 σιτάριοι μήποτε γὰρ εἶον φωλευού-
 σης ἐν αὐτοῖς τῆς δυνάμεως καὶ ὀλί-
 γην μὲν τροφήν ἀναλαμβάνουσας,
 ταύτην δὲ ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον, ἐπι-
 πολὺ δὲ πεπτούσης πλείονα κατερ-
 γασίαν τε καὶ χύσιν ἐν αὐτοῖς τὸ
 γαῖ-

triticum, quod in ficcis et non
 pinguibus regionibus natum sit, ab
 eo, quod in fertilibus et pinguibus
 oriatur. Illud enim cum ex mi-
 nore materia leuioreque, et te-
 nuiorum partium constet, facile-
 que mutatur illud quidem, sed mi-
 nus alit: quare affectum est id,
 quod in locis, quae exusta vocan-
 tur, seritur. Cum enim loci ma-
 teria exusta sit propter cinerem,
 pinguedine et nutritione carentem,
 triticum album laxum et sitanum
 efficitur. At quod in pinguibus
 et fertilibus locis nascitur, copio-
 sa et solida materia educatum est,
 et densum, et graue, atque etiam
 multum nutrit. Ac loca quidem
 aperta, quaeque bene perspiran-
 tur et aprica sunt, melius triticum
 ferunt, et quod nullo magis nu-
 triat. Differt quoque loci ratione
 triticum, quod in locis admodum
 frigidis et niualibus oritur, ab eo,
 quod in calidis regionibus seritur.
 Nam quod oritur in frigidis locis,
 est elaboratum et tenuium partium,
 quale est sitanum. Cum enim
 non velut delitescat in eis vis
 exiguumque alimentum, idque paul-

g) Mox dicit λιπαρῶς. v. Erotian. p. 302. Sophocl. p. 358. Theocrit. p. 218. Iulian p. 64. Apoll. Rhod. p. 478. et Diog. Laert. p. 229.

h) Xenoph. p. 581. Diog. Laert. p. 493. edit. Steph. in fragm. Pythag.

i) Cod. καρῆς.

k) Vide de hac v. Zosimum. p. 150. 154.

l) Πολυτρόφιμος, ignoro, πολυτέφος notum est, forte πολὺ τροφῆν, legendum,

γεῶδες λαμβάνει· διὸ καὶ κοῦφοι τε εἰσὶν οἱ πυροὶ, καὶ εἰς λεπτὸν ἄλευρον ἀναλελυμένοι, καὶ τοὺς τριμηναίους δὲ πυροὺς κορυφότερους ὄντας, καὶς μάλιστα τοὺς ἐν τοῖς χινοβολομένοις τόποις γινόμενους ὁμοίους ὄντας παρελήφαμεν· οἱ δὲ ἐν θερμοῖς τόποις γινόμενοι τῶν πυρῶν, ἀφθονοὺς μὲν τροφὴν παραλαμβάνουσι, καὶ πολλὴν, πυκνότεραν τε καὶ ἥσσαν κεχυμένην τε καὶ διακεκριμένην· οἱ δὲ ἐλαφροὺς τῶν πυρῶν ἀτροφοὶ τε εἰσὶ καὶ κορυφότεροι, καὶ τὸ αἷμα φαῦλον ποιοῦσιν, καὶ ἥσσαν θερμαίνουσι τὰ σώματα· καὶ οἱ κάθυργοι δὲ τῶν τόπων ἀτροφωτέρους φέρουσι καὶ ἀτονωτέρους τοὺς πυροὺς· δοκοῦσι δὲ καὶ τῷ ὄλῳ γένει μεταβάλλειν εἰς αἶρας *m*) διὰ πλεονασμὸν ὑδάτων· οἱ δὲ ἐν σκιεροῖς καὶ συνδένδροις τόποις γεννώμενοι πλέον ἔχουσι τὸ σκύβαλον *n*) τοῦ χρησίου.

Παρά δὲ τὰς καταστάσεις τῶν ὕδατων καὶ τῶν αἰέρων, οἱ πυροὶ διαφέρουσιν· παρὰ μὲν τὰς ὥρας, ὅταν τε εὐκρατος καὶ σύμμετρος αὐτῶν ἢ μεταβολὴ γένηται, ψύξει καὶ θερμομασίᾳ, καὶ ὄμβροισι, καὶ πάλιν ἀνοχῆσι τῶν ὑδάτων συμβαίνει γὰρ εὐτροφεῖν τε καὶ πληροῦσθαι τοῖς ὄγκοις τοὺς πυροὺς, καὶ τουναντίον ὅταν ἀκρίως, ἀκρατῶς καὶ ἀσύμμετρος ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἐπιτελεῖται· ἰσχυροὶ γὰρ καὶ ἀτροφοὶ γί-
γον-

paullatim capiat, permultum autem concoquat, efficitur, ut pars terrea magis in eis elaboretur et fundatur. Ex quo conficitur, ut triticum, cum leue sit, tum vero etiam in tenuem farinam dissoluatur. Quod *trimestre triticum* est, leuius esse, et praesertim, quod in niualibus locis nascitur, huiusmodi esse accepimus. Quod vero in calidis locis oritur, et copiosum alimentum, et multam densitatem, et minus fufam atque secretam capit. *Palustre* porro *triticum* alimento vacat, estque leuius, et vitiosum sanguinem facit, et corpora minus calefacit. Loca autem perhumida triticum ferunt, quod minus alit, quodque est imbecillius; et ex toto genere videtur in lolium propter aquae vim et copiam degenerare. Quod vero in umbrosis et nemorosis locis nascitur, plus habet aceris, quam utilitatis. Ex temporum vero atque aeris constitutione existit etiam tritici differentia. Atque ex temporibus quidem, cum eorum sit temperatura, et moderata in frigore, calore, imbribus, et postea in aquarum defluentium cohibitione commutatio: Tunc enina triticum boni alimenti fieri, eiusque molem impleri contigit: ut contra fit, cum intempestive, in-

m) Του τιτου αἶρας ἐκλέγειν ἄρ. *Diog. Laert.* p. 202.

n) ἰ. ε. ἀχρεῖον.

γνονται· παρά δὲ τοὺς αἴρας, ὅταν
κατὰ τοὺς προσήκοντας καιροὺς εὐ-
δεινοί ο) γένωνται, καὶ ἐνῆλιοι, καὶ
ἐνήνεμιοι ἢ τουναντίον ἐπιπεφείς καὶ
δυσήλιοι· πολλάκις δὲ καὶ ψεκά-
δας φέροντες ἤδη θερμῆς τῆς, ὥρας
οὐσίας καὶ πρὸς τελείωσιν τῶν πυ-
ρῶν ὄντων· φθίνουσι γὰρ ἐρυσσιβού-
μενοι· παραπλησίως δὲ καὶ ὅταν βα-
ρεῖα, καὶ ξηρὰ, καὶ θερμὰ γένη-
ται πνεύματα τὰ ὑπὸ τὸν καιρὸν
τῆς τῶν σαχύων πληρώσεως, καὶ
ἰσχυροὶ καὶ πολὺν χρόνον φυτῶσι-
σιν οἱ λεγόμενοι καύσωνες ἐπικαί-
ουσι ρ) τοὺς σάχους καὶ ξηρὰ νο-
σι, καὶ διά τούτο ἀτρόφους κατασ-
κενάζουσι.

Παρά δὲ τὸν χρόνον διαφέρουσι
οἷτε νέοι, καὶ οἱ παλαιοὶ, καὶ οἱ
μεταξὺ τούτων· οἱ μὲν γὰρ πρόσ-
φατοι, πολυχυλότεροί εἰσι, καὶ πνευ-
ματώδεις, καὶ πολύτεροφιοι· οἱ δὲ
παλαιοὶ τουναντίον, ἀχυλότεροι, καὶ
ξηρότεροι, καὶ ἀτροφώτεροι· οἱ δὲ
μεταξὺ τούτων κατὰ χρόνον τὰς
μεσότητας ἔχουσι τῶν εἰρημένων.

temperate et immoderate, quae
praediximus, eueniunt: nam et gra-
cile, et alimonia vacans efficitur.
Aeris autem ratione, cum opportu-
nis temporibus serenus apricusque
est, et a ventis apte perflatur, vel
contra, cum nubilus est, et opacus
Saepe enim minutulam pluuiam e-
mittit, cum iam tempus sit calidum,
et triticum ad perfectionem per-
uenerit: quo casu triticum rubigi-
ne tentatum perit. Simili quo-
que modo fit, cum venti graues,
ficci et calidi sub tempus, quo spi-
cae implentur, exorintur. Cum-
que vehementes et multo tempore
spirauerint ii, qui καύσωνες, hoc
est, ardentis nominantur, spicas
adurunt et exsiccant, et idcirco fa-
ciunt, vt alimenti nihil habeant.
Ratione vero temporis, nouum a
vetere et eo, quod inter vtrum-
que est intermedium, differt. Nam
recens plus succi habet, flatus gi-
gnit, et multum alit, vetustum
contra succo vacat, ficcius est, et
minus alit: quod vero est medium,
ratione temporis habet medietates
praedictorum.

Περὶ

DB

o) V. Dornill. ad Chariton, p. 292. Diog. Laert. p. 463. Apoll. Rhod. p. 182.
At vero ad marg. ἰουδαῖοι, ἰουδαῖοι.

ρ) Cf. Plato p. 681, Longin. p. 260, Philo p. 148, Maxim. Tyr. p. 180.



Περὶ τῶν κατὰ τὰς ὥρας
κρεῶν. κεφ. γ'.

DE CARNIBVS PRO AN-
N I TEMPORIBVS CAP. III.

Σύες μὲν τὴν ἐαρινὴν ὥραν εἰς
κακίαις μέχρι πλειάδος ^{g)} δύσεως
Φθινοπωρινῆς, τὸ δ' ἐντεῦθεν μέ-
χρι ἤρος κάλλιστοι αἴγες δὲ τὸν μὲν
χειμῶνα κάκισται, τοῦ δὲ ἤρος ἀρ-
χονται κρείστους γίνεσθαι μέχρις
ἀρκτούρου δύσεως· πρόβατα δὲ καὶ
ταῦτα τὸν μὲν χειμῶνα κάκιστα, με-
τὰ δὲ ἰσημερίαν πιάνεται μέχρι
τροπῶν θερινῶν· αἱ δὲ βόες, ὅταν ἡ
πρὸς ἐκκαρπῆ ^{r)}, ἤρος τε παυομέ-
νου, καὶ τῷ θέρει παντὶ. Τῶν τε
ὀρνίθων οἱ μὲν κατὰ χειμῶνα, κάλ-
λισται ἔχουσιν, ὅσοι δὲ ἐπιφαίνονται
χειμῶνος ^{s)} ὁ κόσσύφος τε καὶ ἡ κί-
χλα, καὶ φάσσα, οἱ δὲ ἀτταγῆ-
νες κατὰ τὸ φθινοπώρον, καὶ μελαγ-
κέρυφοι σύκαλλος, ^{t)} τε καὶ χλω-
ρος ^{u)}, καὶ ὄρνυγες τῆνικαῦτα πιώ-
τατοι· ἀλεκτορίδες τὸν μὲν χειμῶνα
οὐ πάντῃ εὐσωματοῦσι, καὶ μά-
λισται ἐν νοτίοις· ἡ δὲ τρυγὼν ἐν
φθινοπώρῳ καλλίστη τῶν δίχθύων
οἱ μὲν ἐν τῇ κνήσει πάλλισται κάρης,
κάρης

Sues verno tempore vsque oc-
casum autumnalem pleiadum sunt
pessimi: ex eo vero tempore vsque
ad vernum tempus optimi. Ca-
prae hieme pessimae sunt, vere au-
tem vsque ad arcturi occasum esse
meliores incipiunt. Pecudes quo-
que hiberatio tempore sunt pessimae:
post aequinoctium vero vsque
ad solstitium aestiuum pinguescunt,
boues vero, cum herba fructum fe-
rat, et finito vere, et per aestatem
totam. Ex auibus nonnullae per hie-
mem sunt optimae, quae nimirum
hieme apparent, vt merula atque
sturnus, et palumbus, attagenes
vero et atricapillae autumnno praes-
tant. Itemque ficedulae, et lusci-
niae, et coturnices, eo tempore sunt
pinguissimae. Galli vero gallina-
cei hieme non admodum corpore
augentur, et praesertim in austrinis
locis, turtur vero autumnno excel-
lit. Ex piscibus vero praegnantibus
optimi sunt, caris, carabus, et mol-
les,

b 2

g) Leg. πλειάδ. Sic numero singulari scribitur.

r) Sic in Cod. Ignoro ἐκκαρπία, notum est ἐκκαρπούμεν medium, γ, Xiphilini¹
p. 154. Max. Tyr. p. 322. Gregor. Naz. p. 91. 197.

s) V. Lucian. in Iudic. vocatis ad fin. et Theocr. p. 287.

t) Forte συκαλλίς.

u) Forte χλωρίς γ, Ael. Hist. Animal, IV, 47. p. 224. ed. Gronov. et Hof. p. 10193

κάραβος, καὶ τὰ μαλάκια z), τευ-
θίς a), σηπία· τὰ δὲ ὅταν ἀρχηται
ἐπωάουσεσθαι b), ὥσπερ οἱ κέφα-
λοι, ὑπερπληθύνοντες δὲ οὗτοι τῶν
κυημάτων λεπτοὶ καὶ ἀτροφοὶ, καὶ
ἐτι μᾶλλον τεκ' ἄντες· οὐδὲ θύνηος πια-
τατος μετὰ ἀρκτουῦρον, θέρους δὲ
χείρων.

les, sepiaet loligines, alii vero, cum
ovis incipiunt incubare, ut capito-
nes: cum vero foetu pleni sunt,
tenuis sunt, et non nutriunt, et
multo etiam magis, cum partum
ediderunt. Thynnus autem post
arcturum pinguisissimus est, aestate
vero est deterior.

Περὶ ἀρτων' ἐκ τῶν Ἀθη-
ναιου. κεφ. θ'.

DE PANIBVS EX
ATHENAEQ. CAP. IX.

Οἱ λεπτὸν τῶν ἀρτων ἀχυλώ-
τεροὶ τε εἰσι καὶ ἀτροφώτεροι τῆς
ὀπτήσεως μᾶλλον καθικνουμένης
καὶ ἐξατμιζούσης τὸ τροφῶδες·
διὸ καὶ τὸ τῶν c) ἰατρίων καὶ τὸ
τῶν λάγανων γένος ἐσιν ἀχυλώτε-
ρον· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον οἱ κά-
ταπτοι τῶν ἐγγύλων ἥσσον τρέφου-
σι καὶ οἱ δίπυροι· ἐπὶ ποσὸν γὰρ
ἐπιτηθέντες ἀνατρέβονται πάλιν·
ἐπειτα δ' ἐκ δευτέρου τῆς τρίψεως
καὶ τῆς ὀπτήσεως τυγχάνουσι συμ-
βαίνει γὰρ ἰ διατεθερμασμένους
αὐτοὺς καὶ ἐπὶ ποσὸν κεχυμένους
πολὺ μᾶλλον ὑπὸ τῆς τρίψεως χεῖ-
ροσθαι καὶ διαλύεσθαι. Γιούτων δὲ γε-
γονότων ὑπὸ τῆς δευτέρας ὀπτή-
σεως,

Panes tenuis paucioris succi pau-
ciorisque alimenti sunt, cum affatio
magis extenuet, magisque diminuat
in eis vim alendi: quocirca itria et
lachana paucioris succi sunt. Hac
quoque ratione affati et bis cocti
panes minus alunt, quam succi ple-
ni. Nam cum sint quadantenus af-
fati, iterum conteruntur, deinde
contriti iterum affantur. Contingit
enim, ut ex calfacti et admodum
confusi multo magis exattritu fun-
dantur et dissoluantur. Sed cum
tales ex secunda affatione sint red-
diti, quod valens est in eis, consum-
tum fuit: quod vero restat, et leue,
et laxum, et tenuium partium fit, et

z) Galen. Gloss, in μαλακίαισι p. 518. ed. Franz. et Aristot. T. I, p. 438. Unde
etiā probari potest τευθίς.

a) Cod. τευθίς.

b) Forte ἐπωάουσεσθαι v. Ael. Var. Hist. I, 15. et Diog. Laert. p. 107.

c) Sic Cod. forte ἐτρίων, ut etiam leg. Rafar. V. Hesych. in v. ἰερίκας et in
v. ἰερίκα, et Polluc. VI, p. 612.

σεως, ικανόν μὲν ἐξ αὐτῶν ἀπανα-
λῶσθαι. Τὸ δ' ὑπολειπόμενον κοῦ-
φόντε γίνεσθαι, καὶ χαῦνον, καὶ
λεπτομερές, καὶ εὐδισίκητον ὅτι
δὲ οἱ θερμοὶ καὶ πρόσφατοι τροφι-
μότεροι τῶν ψυχρῶν εἰσιν καὶ τῶν
παλαιῶν, δῆλον· ἢ γὰρ θερμότης
αὐτῶν συλλαμβάνεται τῇ τέψει.

facile distribuitur. Iam vero calidos
recentesque panes valentius nutri-
re, quam frigidos et veteres, est per-
spicuum, siquidem caliditas quoque
concoctionem adiuuat.

Περὶ κριθῶν ἐκ τῶν Ἀθη-
ναίου. Κεφ. ια'.

DE HORDEO EX ATHE-
NAEO CAP. XI.

Τῶν κριθῶν αἱ μὲν γυμναῖ καὶ
ἀφλοιοί, πολύχυλοι τε εἰσι καὶ πο-
λύτροφοί, συνεγρίζονται τοῖς πυ-
ροῖς μᾶλλον τῶν ἄλλων ἐχόμενα δὲ
τούτων εἰσιν αἱ δισίχοι ἑλατταν
ἔχουσαι τῶν πυρῶν ἀποκάθαρμα
τῶν μονοσίχων.

Hordeum aliud nudum est, et
expers corticis, et multi succi est, ac
valde nutrit, idque propius ad tri-
ticum, quam aliud, accedit: aliud
vero secundum est, quod spicas ha-
bet binis granorum versibus con-
stantes, quod etiam minus habet
excrementi, quam triticum, quod
spicam habet, quae ex vnico gra-
norum constat ordine.

Ἐκ τῶν Ροῦφου δ) περὶ
σύκων. Κεφ. μ'.

EX RVFO DE FICVBVS
CAP. XL.

Σύκα τῆς μὲν ἀλλῆς ὀπίρας ἐστὶ
κρείττω, βλάβην δὲ ἔχει τινα. αἱ δὲ
ισχάδες ικανῶς τρέφειν σῶμα δύ-
νανται· οἱ γοῦν παλαιοὶ τοῖς ἀθλή-
ταις ισχάδας ἐσθίειν παρέειχον· Γόρα
δὲ πρῶτος ὑπήλαξε τὴν προσφο-
ρὰν

Ficus sunt ceteris autumnali-
bus meliores, et tamen noxam
quandam afferunt. Caricae satis
alere corpus queunt. Quamob-
rem veteres permittebant, ut ath-
letae caricis vescerentur. GORAS
pri-

d) Clarus sub finem saeculi primi medicus, de quo vid. Haller. Bibl. Praet.
T. I p 172.

εἰς κρεαδοῦς Ἐυραμένειο) τῷ σαρ- primus EVRAMENI Samio carnem
 μίῳ, καὶ οὕτως μετέπεσεν ἡ δίαίτια. afferens, hunc usum antiquavit,
 atque ita illa vivendi consuetudo est
 sublata.

e) In Cod. *Ευραμίν.* Qui fuerint illi, non liquet.

Sed haec haec tenus. In scenam enim producendus et iu-
 stis laudibus extollendus, si quis alius, est PRAENOB. ET EXPERIEN-
 TISS. CANDIDATVS, qui studiorum curriculum Gottingae sub pro-
 fessoribus haud poenitendis emensus et optime praeparatus huc con-
 cessit, et morum modestia singulari, diligentia, assiduitate ac probi-
 tate, quae iuvenes litterarum bonarum studiosos apprime decet, cum
 mihi, tum ceteris professoribus ita se commendavit, ut non possim
 sperare solum, verum etiam confidere, fore, ut tales tamque prae-
 claras ingenii dotes certissima insequantur praemia, nec vnquam habeat
 PRAENOB. CANDIDATVS, quare cum diligentiae poeniteat. Nolo
 ergo ulterius in eius laudes excurrere, quia, qui vitae cursus fuerit,
 quam bene composita vitae academicae ratio, ipse sic exposuit,



EGO HENRICVS ERNESTVS IVSTI primam huius vniuersi lucem adspexi
 Rottleberodae, pago quodam comitatus Stollbergensis, prid. Nonar. Ia-
 nuarii a. MDCCLIX. Patrem veneror HENR. CHRISTOPHOR. ibidem
 Pastorem Vigilantissimum, matrem vero MAGDALENAM e gente PETERSE-
 NIORVM. Parentes carissimi, quorum posterior iam ad coelites vocata,
 prior vero adhuc superstes est, operam omnem adhibuerunt, ut principis
 religionis, iisque, quibus aetas puerilis informari solet, disciplinis rite
 imbuerer. Inde ab anno MDCCLXXV. scholam, quae floret Roslebiae, fre-
 quentaui, ibique habui SCHMVLZERVVM, Philosophiae magistrum et Recto-
 rem longe meritissimum, WANCKELIVM Conrectorem, STRA-
 CKIVM Collegam tertium ac SCHVNECHTIVM Mathematicum, praecepto-
 res, ex quibus optimis magistris plurimum profeci, pro quibus non pos-
 sum

sum non, quin publice animum gratum atque obstrictissimum testificandum esse existimem. Tandem, peracto quatuor annorum spatio, idoneus iudicatus, qui praelectionibus celeberrimorum in Academia professorum interesset, mens. April. MDCCLXXIX. GEORGIAM AVGVSTAM adii, ibique Cel. KVLENKAMPPIO, Rectore tunc temporis Magnifico, numero civium academicorum sum adscriptus. Primo in Logicis, Metaphysicis et Psychologicis Cl. WEBERVM habui praeceptorum, in mathefi pura et adplicata Cl. MEISTERVM, Cel. BLVMENBACH tradidit mihi historiam naturalem, Osteologiam, Pathologiam generalem et specialem. Ill. MVRRAYI praelectionibus et excursionibus botanicis interfui. Cel. GMELIN me docuit Chemiam experimentalem. Ill. BALDINGERI doctas praelectiones in Pathologiam, Materiam medicam, Pharmaciam, artem conscribendi formulas et Therapiam maximo cum emolumento frequentavi. Ill. RICHTERVM, praeceptorem ad cineres usque venerandum, Chirurgiam medicam et manua-lem, Diaeticam et Therapiam specialem explicantem summa cum voluptate et utilitate audiui. Cel. denique WRISBERG Physiologiam, Anatomem et artem obstetriciam me docuit. Quorum virorum in me merita nulla unquam apud me delebit obliuio. GOTTINGAE peracto studiorum academicorum cursu, IENAM adundam putavi, ibique ab Ill. de SCELLWITZ, fascis Academiae tunc temporis tenente, in numerum civium academicorum sum receptus. Ill. SVCCOW Physicam experimentalem mihi explicavit, Ill. LODER Anatomem et artem obstetriciam, nec minus, eo duce, in arte cadauera perite ac artificiose secandi ac Nosocomio obstetricio me exercuit. EXCELL. STARCKII, Fautoris ac Praeceptoris haud satis aestimandi, scholas in Therapiam generalem quoque frequentavi, et sub auspicio huius humanissimi viri praxin clinicam ad lectulos aegrotorum didici. Ill. ac Excell. GRVNERI, Fautoris ac Patroni in aeternum venerandi, doctas praelectiones in Semiologiam magno cum fructu ac voluptate audiui. Cl. denique SCHENCKIO, osteologiam et Chimi- am pharmaceuticam explicanti, assidendum putavi. Quibus omnibus viris maxumas, quas possum, gratias hic publice ago.

Adiit ergo PRAENOB. EX EXPERIENT. CANDIDATVS ordinem nostrum, vt, quicuius profectus sint in literis, sedulo exploraret, dignusque vnanimi consensu habitus est, cui liceret Hygeae commerita praemia consequi. Dictus est huic solemnni panegyri dies xx. Iulii, quo defendet
suam



suam disputationem dextre conscriptam aduersus dissentientium tela, sic iubente maiorum instituto, ego vero ei posthaec lauream publice conferam. Quare vos exoratos perobleruanter et perhumaniter cupio, PRORECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, PRORECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE DESIGNATE, COMES ILLUSTRIS, PATRES CONSCRIPTI CETERIQUE PROFESSORES et studiorum FAVTORES, velitis hanc solemnitatem VESTRA praesentia illustriorem splendidioremque reddere, eoque fauoris signo ostendere, quam sacra VOBIS maiorum instituta sint. P. P. sub Sigillo Facultatis a. d. XX. Iul. CIOIDCCCLXXXII.

